

tionem primogeniti Amuratis Turcici Imp.
 invitatos Monarchas, Gallum, Cæsarem,
 Hispannum, & interea damnum nostris in
 Panonia illatum, te non ignorare reor. (c)
 Vide quomodo temperetur res mortalium:
 Per eos dies quibus nobilis a Res & Evæ
 Truchsessiæ nuptiæ celebrantur, mortuus
 est sororius sponsæ, qui ante semestre cum
 Juditha nuptias celebrarat. De tuo in pa-
 triam reditu cupio aliquid cognoscere.
 Non requiro ἀντίδωρον pro Adagiorum E-
 lencho. Habeo enim φιλοτήσιον Craterem,
 mihi gratiss. tuæ beneficentiæ documentum.
 Vale & vive quam felicissime. 9. Decembr.
 Theses tibi & Seydlizio ac Musseltinio mitto.
 1582.

EPISTOLA XX.

S. Etsi nuper literas & Theses, ad te, cla-
 riss. & carissime D. Doctor & Compater,
 mitten-

tis hancce affectatam *Antiochi* benevolentiam
 cum *Ptolomæo* evolvere non potuerim, L. B. ab-
 lego zum *Bilder-Saal P. I. p. 281. ad 383.* ubi
 satis prolixè descripta.

(c) de hac circumcissione Muhammedis filii 16 an-
 nos nati, quæ magna celebrata est solennitate, in
 conspectu multorum legatorum, videatur *Thugni*
historia P. III. Libro LXXVII. 52, p. 808.